I N ſcripturis[e] narratur Cōſtātinus imperator dixiſſe. Uere ſi pprijs oculis vidiſſez ſacerdotē dei, aut aliquē eoꝝ q̄ monachali habitu circū amicti ſunt, peccantem: chlamydem meam expoliarē, ⁊ cooperirē[f] eum, ne ab aliquo videretur. In quibus deſideratiſſime fili neceſſario commonemini, vt quemadmodum fide et religione ac honoris parilitate ei adequari videmini: ita q̊qꝫ humilitate atqꝫ deuotione equiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, ſed potior inueniamini, poſt illius exempla qui talem ſe exhibuit ante talia prorſus exēpla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes: vt ſi de dñi ſacerdotibus (qui iure patres animarū dicūtur) aliquid contigerit vos audire quod confuſionem pijs mētibus ingerat: non infrunitum ſed pudoratos filios Noe imitantes, paternā de reliquo verecūdiam cōtegatis[g]: vt afluēti (quēadmodum et illi) benedictione repleri (moderante domino) mereamini.

I tē ex epl'a Grego. ad Hermānum metenſem epm.

¶ Regum et principū patres et magiſtri ſacerdotes eſſe cēſentur.

Q Uis dubitet ſacerdotes Chriſti, regū et pricipū oīumqꝫ fideliū patres et magiſtros cēſeri? Nōne miſerabilis inſanie eſſe cognoſcitur ſi filius[h] patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, ⁊ iniqs obligationib⁹ illum ſue poteſtati ſubijcere, a q̊ credit non ſolū in terra, ſed etiā in celis ſe ligari poſſe ⁊ ſolui?

I tē Gelaſius papa Anaſtaſio imperatori.

¶ Authoritas ſacra pōtificū et regalis poteſtas huius mūdi gubernacula regunt.

D Uo ſunt[i] qppe imperator Auguſte quib⁹[k]

Q Uis dubitet. ¶ Caſ⁹. Herman⁹ eps interrogauit an pōtifices regib⁹ et principibus ſint ſubijciendi. Et rñdet ꝙ nō: et hoc ꝓbat duab⁹ ſimilitudinib⁹.ſ.filij et diſcipuli: q̄ inſani reputanẗ ſi velint ſibi patrē ⁊ magiſtrū ſubiugare.

h ¶ Si filius.xxj.di.nolite.ſic in auẗ. de nup.§.ſi vero. col.iiij. vbi dicit ꝙ erubeſcit lex filios eſſe correctores patruz.ſi tñ pater caderet in furorē, filius dareẗ tutor, vt eum regeret.ff.de tuto.et cura.da.ab his.l.his qui.vj.q̄ſtio.j.oues.et.c.ſacerdotes.

Filius patrem corrigere non debet.

D Uo ſūt. ¶ Caſus. Gelaſi⁹ papa et Anaſtaſi⁹ impator ꝯtēdebāt de pemiñētia vni⁹ ad alterū: ⁊ de preeminētia dignitatū ſz Gelaſi⁹ oſtendit hic ꝙ authoritas pontificalis longe maior eſt q̄ꝫ culmē imperiale. Et hoc ꝓbat duab⁹ rōnibus. Prima rō eſt: q: papa de aia imperatoris et aliorū redditur⁹ eſt rōnē. Scđa eſt: q: colla regū ⁊ pricipū ſubmittunẗ genib⁹ ſacerdotū. Et hoc ꝓbaẗ duob⁹ exēplis ſcz innocētij et ambroſij: q̄ arcadiū et theodoſium ppter ſuos exceſſ⁹ excōicauerūt. Prima rō eſt ibi: in quib⁹ tanto grauį⁹. Secunda eſt in fi. Exempla ſunt in medio.

Conſ. cot. alexan. de pmo. in l.gñaliter.co.ij.ff.de in ius vo. Mat. xvj.

i ¶ Duo ſūt.i auẗ.quō op3 epi.i pri.col.j.§.d.j.hūanū.

k ¶ Quib⁹, vt ab eis, ſunt autē alia duo quib⁹ aut per

principaliter hic mundus regitur: authoritas[a] ſacra pontificum, ⁊ regalis poteſtas. ¶ In quibus[b] tanto grauius eſt pondus ſacerdotū, quāto etiā pro ipſis regiminibus † hominum in diuino ſunt reddituri examine rationē[c]. ⁊ poſt pauca. Noſti itaqꝫ inter hec ex illorum te pēdere[d] iudicio[e], non illos ad tuam poſſe redigi voluntatē. Talibus igitur inſtitutis, talibuſqꝫ fulti authoritatibus pleriqꝫ pontificum, alij reges, alij imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum: beatus Innocentius papa Arcadiū imperatorem, quia conſenſit[f] vt ſanctꝰ Joānes Chryſoſtomꝰ a ſua ſede pelleret, excōmunicauit[g]. Beatus etiam Ambroſius, licet ſanctꝰ, non tamē vniuerſalis eccleſie epiſcopus, pro culpa q̄ alijs ſacerdotibus non adeo grauis videbat[h], Theodoſiū magnū imperatorē excōmunicans ab eccleſia excluſit: qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit ꝙ aurū non tam precioſius ſit plūbo, q̄ regia poteſtate ſit altior ordo ſacerdotalis: hoc modo circa principiū ſui paſtoralis ſcribēs. Honor fratres et ſublimitas ep̄alis nullis poterit comparationibꝰ adequari. Si regum fulgori cōpares et principū diademati: longe erit inferiꝰ q̄ ſi plūbi metallum ad auri fulgorē[i] compares: quippe cum videas regum colla et principū ſubmitti genibꝰ ſacerdotum: ⁊ oſculata eorū dextra, orationibꝰ eorū credant ſe communicari vel muniri.

Item Joannes papa.

¶ Imperatores debent pontificibus ſubeſſe, et non preeſſe.

SI imperator catholicꝰ eſt, qđ ſalua pace ipſius dicimus, filius eſt[k], non preſul eccleſie. qđ ad religionē cōpetit, diſcere ei conuenit, non docere[l]. habet priuilegia ſue poteſtatis, que adminiſtrādis legibꝰ publicis diuinitꝰ[m] cōſecutus eſt: ⁊ eiꝰ beneficijs non ingratus contra diſpoſitionē celeſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enī deus voluit que eccleſie diſponenda ſunt pertinere, non ad ſeculi poteſtates: quas[n], ſi fideles ſunt, eccleſie ſue ſacerdotibꝰ voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vēdicet alienū ius[o], ⁊ miniſteriū qđ alteri deputatū eſt: ne cōtra eum contēdat abrūpi, a quo oīa conſtituta ſunt: ⁊ contra illiꝰ beneficia[p] pugnare videatur, a quo propriā conſecutus eſt poteſtatē. nō a legibꝰ publicis, non a poteſtatibus ſeculi, ſed a pontificibus et ſacerdotibꝰ oīpotens deꝰ chriſtiane religionis clericos et ſacerdotes voluit ordinari et diſcuti[q], et recipi de errore remeantes. Imperato-

que regitur: vt. ſ. diſt. j. humanum genus.

a ¶ Authoritas. neuter pendet ex reliquo. et ita eſt ar. pro imperatore: quia diuinitus conſecutus eſt imperiū .j. e. c. proxi.

Imperator imperiū diuinitꝰ cōſecutꝰ eſt.

b ¶ In quibus. Id eſt per quos. nam dicit lex ꝙ paruz eſt ius in ciuitate eſſe niſi ſint per quos ius reddatur. ff. de orig. iuris. l. ij. §. poſt originem.

c ¶ Rationem. j. xviij. qōe. ij. cognouimus.

d ¶ Te pendere. quo ad ſpiritualia .j. de pe. diſtinct. j. multiplex.

† Al' as regibꝰ vel legibus ⁊c̄.

e ¶ Judicio. zacharias quoqꝫ papa regē francorūz depoſuit: et in locū eius pipinū ſubſtituit: vt .j. xv. qō. vj. alius.

Regez frācorū papa deponere pōt.

f ¶ Cōſenſit. Argu. cōſentientē maiori pena aſtringi q̄ facientem: arg. xxiiij. qō. iij. q̄ aliorū ar. ſ. lxxxvj. d. tanta nequitia.

g ¶ Excōicauit. Not. principē poſſe excōicari etiam a quouis ep̄o. ſ. diſtinc. lxiij. valentinianꝰ. ar. j. xj. q. iij. ſi autē vobis. videt̄ tñ ꝙ hoc fecerit ex delegatione ſynodi: quod innuitur ex illo, pro culpa q̄ ab alijs ſacerdotibus ⁊c̄. Sed primum eſt verum.

Princeps ēt ab ep̄o excōicari pōt.

h ¶ Videbat̄. Sz male: quia licet pro minimis cauſis nō ſit quis excōmunicandus: vt. xj. q. iij. ep̄i. tñ quelibet contumacia digna eſt excōicatiōe: immo tanto maior videt̄ cōtumacia q̄nto ex re minori cōſurgit. ij. q. vij. non pōt.

Excōicādꝰ q̄s nō eſt p minimis cauſis. Contumacia tāto maior ē q̄nto ex re minori ꝯſurgit.

i ¶ Fulgorē. Et q̄nta eſt differentia inter ſolem et lunam: tanta eſt differentia inter imperium et ſacerdotium. extra de maior. et obe. ſolite.

Impiū minꝰ eſt ſacerdotio.

SI imperator. ¶ Caſus Imperator volebat iudicare de cauſis clericorum ⁊ ſacerdotum: ſed papa, probat ꝙ hoc facere non debet: quia ipſe filius eſt eccleſie, ⁊ nō preſul: ⁊ qr deꝰ voluit ſeculi principes, ſi fideles ſunt, eſſe eccleſie ſubiectos. Si vero contra hanc dei diſpoſitionē facere voluerit imperator, tanq̄ ingratus perdat poteſtatem quam ab ipſo eſt conſecutus.

k ¶ Filius eſt. j. xxiij. q. vlt. conuenior. qui tamen prelati eccleſiarum dicantur: dixi. xj. q. iij. precipue.

l ¶ Non docere. j. xvj. q. j. adijcimus.

m ¶ Diuinitus. Non ergo a papa. nam imperiū a ſolo deo eſt: vt. xxiij. q̄ſtio. iiij. queſitum. nam a celeſti maieſtate habet gladij poteſtatē. C. de vete. iu. enu. l. j. in prīci. qđ cōcedo de vero imperatore. Sz quis eſt verus imperator? Dicūt q̄dam ꝙ cōſtantinopolitanus: ſed iſte aliꝰ procurator eſt ſiue defēſor. ro. ec. arg. de cōſe. diſ. v. in die. §. hic. ⁊ huic ro. ec. concedit gladij poteſtatē, ⁊ coronaz. Sed contra extra de elec. venerabilē. Dicit̄ ibi ꝙ Ro. ec. trāſtulit imperiū in occidentez a grecis: et ita iſte romanus eſt verꝰ imperator.

Imperator verꝰ q̄s ſit.

Papa trāſtulit imperium.

n ¶ Quas. ergo debz dici, bona poteſtas eſt iſta.

o ¶ Jus. ſ. diſ. x. imperium. et cap. certum eſt. xj. q. j. ſi tributum.

p ¶ Bñficia. Ar. clericum ſtantē cōtra eccleſiam vnde hz beneficiū debere illo priuari: † niſi forte pro talibus pſonis pro quibus licitum ſit ei contra quemlibet agere: quas habes. ff. de poſtu. l. hi qui. ⁊ iij q. vij. §. tria. in fi. ſ. in propria cauſa vl' parentum ſuorum vel pupillorū ſuorum. Simile eſt inter vaſallū ⁊ dñm: vt. ſ. xxij. qō. vlt. de forma. Similiter đ aduocatis. C. de aduocatis diuer. iudi. l. ij. C. de reuo. do. l. j. et. vij. q. j. qr frater. ⁊ dixi de hoc. iij. q. j. nulli. hoc tamen exaudio de eccleſia ad quam intitulatus eſt pro qua ſtare poteſt contra quamlibet eccleſiam, etiam in qua hz beneficium: qr ſaluum fuit ius prime: immo ſi aliqđ munus ei iniungitur ab eccleſia: nullā excuſationem poteſt pretendere. C. de excu. tu. libertos. xxiij. q. j. in ſumma.

Clericꝰ ſtans ꝯ eccl'am illiꝰ bñficiū pdit.

† Cōtra l. q̄ cū maior. §. pe. ⁊ §. cum ibi not. ff. de do. in.

Clerici nūq̄ fuerūt de iuriſdictiōe ſeculari.

q ¶ Et diſcuti. ergo anteq̄ eſſet aliqua cōſtitutio, etiā clerici non erāt de iuriſdictione ſeculari: vnde omnes cō-

ſtitutiones q̄ emanauerunt ꝙ clerici nõ ſunt iudicandi niſi ab epiſ, non ſunt niſi iuris declaratio. Jo.

a ¶ Preſulibus. hic bene dicit. naꝫ dicit lex ꝙ ſi iudex ſecularis iudicauerit clericuꝫ eſſe dãnãdum, primo debet exui priuilegio clericali: vt.xj.q.j. ſi quis. in autent. vt cleri. apud proprios. §. illud. plane.colla.vj. licet illud hodie nõ teneatur. ſi. extra de iudi. at ſi clerici ⁊c.

Nuncꝫ. ¶ Caſus. Decreuit Joan. papa vt de pontificibus et alijs clericis tantuꝫ eccleſia iudicaret, et non etiã imperatores: qui ſub eſſe debent, et non preferri.

Onſtãtinus imperator. ¶ Caſus. Palea iſta non legitur in ſcholis: in qua continetur priuilegiuꝫ qđ conſtantinus conceſſit romane eccleſie: ſcilicet vt p̄matum inter oĩes eccleſias obtineret: et in quo poſſeſſiones et inſignia dignitatis ei conceſſit. ⁊ hoc fecit eo tẽpore quo Conſtantinus ad partes orientales ſe tranſtulit cuꝫ in eodem loco duo põtifices non bene morarentur. Et ſtatuit vt nullus contra hoc priuilegium veniret. et penam minatur cõtrafacientibus.

res chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis preſulibus[a], non preferre.

Idem.

¶ De eodem.

Nuncꝫ de pontificibus niſi eccleſiam iudicare debere: non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam abſqꝫ eccleſie principaliter conſtitutis. pontificibꝰ obſequi ſolere principes chriſtianos: decretis eccleſie nõ ſuam preponere poteſtatem. epiſcopis caput ſubdere pñcipes ſolitum eſt: non de eorum capitibus iudicare.

¶ De eodem.

¶ Palea.

Onſtantinus imperator coronam ⁊ omnem regiam dignitatem in vrbe romana ⁊ in italia ⁊ in partibus occidentalibus apoſtolico cõceſſit. Nã in geſtis beati Syluestri (que beatus papa Gelaſius in concilio.lxx. epiſcoporum a catholicis legi commemorat, ⁊ pro antiquo vſu multas hoc imitari dicit eccleſias) ita legitur.

¶ De eodem.

¶ Palea.

Onſtantinus imperator quarta die ſui baptiſmi priuilegium romane eccleſie pontifici contulit, vt in toto orbe Romani pontifices vel ſacerdotes ita hunc caput habeant, ſicut iudices regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. Utile iudicamus vna cum oĩbus ſatrapis noſtris, et vniuerſo ſenatu, optimatibus, ⁊ cuncto populo imperio Romane eccleſie ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris vicarius filij dei videtur eſſe conſtitutus: ita et pontifices ipſius principis apoſtolorum in terris principatus poteſtatem amplius qꝫ terrene imperialis noſtre ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam a nobis noſtroqꝫ imperio obtineant: eligentes nobis ipſum principem apoſtolorum vel eius vicarios firmos apud deum eſſe patronos. Et ſicut nr̃a eſt terrena imperialis potentia: ita eiꝰ ſanctam romanam eccleſiam decernimus veneranter honorari: et amplius qꝫ noſtrum imperium terrenumqꝫ thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltari: tribuentes ei poteſtatem et gloriam et dignitatem atqꝫ vigorem ⁊ honorificentiam imperialem: atqꝫ decernentes ſancimus vt principatum teneat tam ſuper quatuor ſedes, alexandrinam, antiochenam, hieroſolymitanam, conſtantinopolitanam: qꝫ etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias dei: † † et pontifex qui per tempora ipſius ſacre romane eccleſie extiterit, celſior et princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat: et eius iudicio que ad cultum dei, vel fidem chriſtianorum vel ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. et infra.

Eccleſijs beatorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli pro cõtinuatione luminariorum, poſſeſſionum predia contulimus, ⁊ rebus diuerſis eas ditauimus, et per noſtram imperialẽ iuſſionem ſacram tam in oriente qꝫ in occidente, vel etiam in ſeptẽtrionali et meridiana plaga, videlicet in Judea, Grecia, Aſia, Thracia, Aphrica, ⁊ Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei conceſſimus, ea prorſus ratione, vt per manus beatiſſimi patris noſtri Syluestri ſummi põtificis ſucceſſorumqꝫ eius omnia diſponantur. et infra.

Beato Syluestro et omnibus ſucceſſoribꝰ eius de preſenti tradimus palatium imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri: ſimulqꝫ phrygium, necnon ⁊ ſuperhumerale, videlicet lorum quod imperiale circundare aſſolet collum: verumetiam chlamydem purpuream, atqꝫ tunicam coccineam, et omnia imperialia indumenta, ſeu etiam dignitatem imperialem preſidentium equitum: conferentes ei etiam imperialia ſceptra, ſimulqꝫ cuncta ſigna atqꝫ banna, et diuerſa ornamenta imperialia: et omnem proceſſionem imperialis culminis: et gloriam poteſtatis noſtre. Uiris etiam diuerſi ordinis reuerendiſſimis clericis ſancte Romane eccleſie ſeruientibus, illud culmen ſingularis potentie et precellentie habere ſancimus, cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari. id eſt patricios et conſules effici, necnon et ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialibus extat decorata militia: ita clerum ſancte Romane eccleſie adornari decernimus. † Et quemadmodum imperialis potẽtia diuerſis

† † Adde ꝙ negãs eccleſiam romanã eſſe caput oĩm eccleſiaꝝ cenſendus eſt hereticus. c.j. xxij. di. c. violatores. xxv. qõ. v. gloſ. i ca. hec ẽ fides. xxiiij. q. j. ⁊ ca. nulli phas. xix. diſ.

† Adde i qđꝰ 5riãt clericalis ⁊ ſcl'aris militia. no. in. l. repetita. C. de epiſc. et cleri. et no. in. l. diuus. i gl. ij. ff. de fer. ⁊ in ca. ſi qs. ij. d.

officijs cubiculariorū necnon ⁊ oſtiariorū atqꝫ omnium concubitorum ordinatur: ita ⁊ ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſſime pontificale decus prefulgeat, decernimus vt clerici eiuſdem Romane eccleſie mappulis et linteaminibus, id eſt candidiſſimo colore decoratos equos equitent: et ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cū vdonibus, id eſt candido linteamine illuſtrentur: et ita celeſtia ſicut terrena ad laudem dei decorentur.

Pre omnibus autem licētiam tribuimus beato Syluestro ⁊ ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto vt quem placatus proprio conſilio clericare voluerit, et in religioſorum numero clericorum cōnumerare: nullus ex oībus preſumat ſuperbe agere. Decernimus itaqꝫ et hoc, vt ipſe et ſucceſſores eius diademate, videlꝫ corona quam ex capite noſtro illi conceſſimus ex auro puriſſimo et gemmis precioſis, vti debeat pro honore beati Petri. Ipſe vero beatiſſimus papa ſup coronā clericatus quā gerit, ad gloriā beatiſſimi Petri: ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona. Phrygiū vero cādido nitore ſplendidū, reſurrectionē dominicā deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus: ⁊ tenētes frenū equi ipſius pro reuerentia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuētes eodem phrygio oēs eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem imperij noſtri. Unde vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis ꝙ̄ terreni imperij dignitas gloria et potentia decoretur: ecce tam palatium noſtrum ꝙ̄ Romanā vrbem et omnes Italie ſiue occidentalium regionum prouincias, loca, ciuitates, beatiſſimo pontifici et vniuerſali pape Syluestro concedimus atqꝫ relinquimus, et ab eo ⁊ a ſucceſſoribus eius per pragmaticum conſtitutū decernimus diſponenda, atqꝫ iuri ſancte Romane eccleſie cōcedimus permanēda. Unde cōgruum perſpeximus noſtrum imperium et regni poteſtatem ab orientalibus trāſferri regionibus, et in Bizantie prouincie optimo loco nomini noſtro ciuitatem edificari, et noſtrum illic imperium conſtitui: quoniam vbi principatus ſacerdotum, et chriſtiane religionis caput ab imperatore celeſti cōſtitutū eſt, iuſtum non eſt vt illic imperator terrenus habeat poteſtatem.

Hec vero oīa que ꝑ hāc imperialem ſacram ⁊ per alia diualia decreta ſtatuim⁹ ⁊ cōfirmamus: vſqꝫ in finem mundi illibata ⁊ incōcuſſa ꝑmanere decernimus. Unde corā deo viuo, qui nos regnare precepit, et coram terribili eius iudicio obteſtamur omnes noſtros ſucceſſores imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas etiaꝫ, ampliſſimumqꝫ ſenatum, et vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc et in poſterum nulli eorum quoquo modo licere hec aut infringere, † aut in quoqꝫ̄ conuellere. ‡ Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut cōtemptor extiterit, eternis condemnationibus ſubiaceat innodatus: et ſanctos dei principes apoſtoloruꝫ Petrum et Paulum ſibi in preſenti et in futura vita ſentiat contrarios: atqꝫ in inferno inferiori cōcrematus cum diabolo et omnibus deficiat impijs. Huius vero imperialis decreti paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerādum corpus beati Petri poſuimus. Data Rome tertio calendas Aprilis a Cōſtantino Auguſto quarto conſule: et Gallicano quarto conſule.

Item Gregorius Gelaſio.

Imperialis authoritas religioſe diſpenſationis menſuram non mutat.

Sicut[a] queuis parua ciuitas prerogatiuā preſentis regni non minuit: ſic imperialis preſentia menſurā diſpenſationis religioſe non mutat. et infra.

Semper eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcunqꝫ pontifices ſint: ⁊ ſi errore humanitus[b] accedēte, non tamen[c] contra religionem vllatenus excedētes, nullatenus[d] vidētur a ſeculari poteſtate poſſe percelli.

Item Marcellus papa Maxentio epiſcopo.

Eccleſias reſtaurare contritas, non pōtifices perſequi boni principis eſt.

Boni principis eſt ac religioſi, eccleſias con-

Sicut q̄uis. ¶ Cas⁹. Hoc capitulum habet duas partes. In ꝑma parte dicitur ꝙ ſicut aliqua parua ciuitas non minuit prerogatiuaꝫ regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis, ſic imperator prerogatiuam eccleſie minuere nō poteſt. In ſcd̄a parte dicitur ꝙ pontifex quantūcūqꝫ ſit malus: dummodo nō ſit heretic⁹: ab imperatore puniri nō poteſt. Secunda pars icipit ibi: Sēper eſt.

† infirmare. ‡ conuelli.

a Sicut. Senſus eſt. Sicut parua ciuitas non poteſt regnum impugnare: ita nec imperium ſacerdotium. Uel ſic. Licet epiſcop⁹ ſit in parua ciuitate: rex tamen non poteſt iudicare de clericis eius. ſcd̄m hoc dic diſpenſationis religioſe: id eſt epiſcopi conſtituti in parua ciuitate.

Impm̄ nō pōt ſacerdotiū impugnare.

b Humanitus. Id eſt conſuetudine humana: id eſt fragilitate humane nature. h.

c Non tamen cōtra religionem. Nā in eo caſu poſſet a quocunqꝫ redargui. xl. diſtinct. ſi papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. xxiij. q̄ōne. v. de liguribus. Et plures caſus in quibus laici habēt iuriſdictioneꝫ ſuper clericos, dixi. xxiij. queſtione. v. principes.

Laici ſup clericos q̄nqꝫ iuriſdictionē habent.

d Nullatenus. lxiij. diſtinc. valentinianus.

Boni principis. ¶ Caſus. Hic dicitur ꝙ officium principis eſt eccl'ias deſtructas reſtaurare: nouas

edificare: et clericos potius defendere: ꝗ̄ deſtruere, vel aliquo modo ſubiugare.

a ¶ Cōtritas. vt xxv. queſtiōe. j. diuinis. ⁊c.
b ¶ Reſtaurare. xvij. qō. iiij. definiuit. xvj. qōne. j. ſtatuimus.

Hoc capitulo patenter.

¶ Hec diſtinctio diuidit in duas partes. Secunda ibi: Sine ſignatis. Joannes de fan.

¶ Caſus. Hic intitulatur. xcvij. diſtinctio, in qua concludit Gratianus ex illo capitu. bene quidem. ꝙ nulli laico de rebus eccleſiaſticis iudicare licet ſine authoritate eccleſie. et ſi aliter factum fuerit, irritū erit: niſi eccleſia ſubſcribat vel authoritatem preſtet. Et ideo videtur ꝙ cōſtitutio quam fecit Honorius imperator. ſ. lxxix. diſtin. ſi duo. non valuit: cū fuerit a laico facta. Poſtea ſoluit dicens ꝙ ſi laicus inuitetur ab eccleſia vt de rebus eccl'ia ſticis faciat conſtitutionē: ſicut fuit Honorius a Bonifacio inuitatus, valebit conſtitutio.

Id eſt epiſcopos, ſz Joā. de fur. et. ⁊ Hug.

c ¶ Hoc capitulo. Reſpicit in hac diſtinct. xcvij. illud capitu. bene quidē. xcvj. diſtinc. ⁊ aſſignat in hoc. §. quandam contrarietatē: ⁊ dat poſtea ſolutionem.
d ¶ Honorij. ſ. diſtin. lxxix. ſi duo.
e ¶ Ne heretici. Supra diſtin. viij. quo iure. et. xxiij. qōne. vij. ca. j. et. ij. et. xxiij. qōne. iiij. c. nimium.
f ¶ Non inuitati. ſ. diſtinct. lxiij. adrianus. et capi. in ſynodo.

tritas[a] atq̄ conſciſſas reſtaurare[b], nouaſq̄ edificare, et dei ſacerdotes honorare ac tueri. Unde ſāctos apoſtolos eorumq̄ ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtitutos precepiſſe legimus, nō debere fieri pſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, nec expelli eterni regis diſpenſatores. †

¶ Diſtinctio. xcvij.

Hoc capitulo[c] patenter oſtēditur ꝙ nec imperatori nec cuilibet laico licet decernere vel de electione ſummi pontificis, vel de rebus eccleſiaſticis. ¶ Quecunq̄ autem ab eis conſtituta fuerint, pro infectis habenda ſunt: niſi ſubſcriptione Romani pontificis fuerint roborata. Unde illud Honorij[d] auguſti, vt ſupra dictum eſt: Uanum eſſe videtur quod contra authoritatem ſacrorum canonum de electione ſummi pontificis decernere tentauerit. ſed ſicut ex eodem capitulo habetur, eccleſie precibus imperator in preſumptores valet decernere: ſicut pro defenſione fidei quondam decreuiſſe leguntur, ne heretici[e] aliquid nomine eccleſie poſſiderent. Ab ea autem non inuitati[f] de rebus eccleſiaſticis aliquid diſponendi non habent facultatem. Honorius vero auguſtus non ſua authoritate, ſed beato Bonifacio ſupplicante eccleſiaſtice quieti conſulere ⁊ concertantium ambitionem punire curauit. Unde idem Bonifacius ep̄s ſupplicationis epiſtolam Honorio auguſto deſtinauit dicens.

¶ Epiſtola Bonifacij ad honorium auguſtum.

Eccleſie[g] mee cui deus nr̄ meū ſacerdotiū vobis res hūanas regētibus deputauit, nos cura cōſtrixit: ne cauſis ei⁹ ꝗ̄uis adhuc corpis incōmoditate detinear ꝑpter cōuētus[h] q̇ a ſacerdotib⁹ vniuerſis et clericis ⁊ xp̄iane plebis pturbatiōib⁹ agitāt[i] apud aures chriſtianiſſimi pricipis exiſtimemur deeſſe. Si eñ ſecus ꝗ̄ oporteat eueniat, non vos id facere[k] qui cūcta equa moderatione cōponitis: † ſed nos p noſtrā tacentē[l] deſidiā videbimur qd̄ ciuitatis q̇etem ⁊ eccl'ie pacē puertere valeat, admiſiſſe. cū eñ humanis rebus diuine cultor religiōis domino fauēte puideas: nr̄a culpa erit ſi nō id ſub vr̄a gloria (quam certū eſt diuinis rebus ſemp aīo promptiore fauiſſe) firmo et ſtabili iure cuſtodiat: qd̄ p tot annoꝝ ſeriē ſub illis[m] etiā principib⁹ obtinuit quos nulla nr̄e religiōis cura ↄſtrinxit. i. vt licita ſeruent: ⁊ ſub veſtre imperio clemētie minime que ſunt licita formidentur[n]. ¶ Ipſa eñ eccl'ia deuotionē tuā xp̄ianiſſime imperator nō meo quidē ſermone, ſz ſuo venerabili affectu appellat: quā xp̄s deus noſter vere fidei rector, et veſtri gubernator ipeꝛij ſibi vnā deſponſatā ⁊ intactam virginē[o] ſeruat: ne in eā aliquos patiamini inſidiantiū procellarū[p] fluct⁹ illidi: ⁊ quietam faciem[q] tēpeſtatis inſolito tumore turbari, glorioſiſſime et tranquilliſſime imperator auguſte. ipſa vero que vni deſponſata eſt, noſtra tñ eccleſia mater eſt: pietatē veſtrā legatione quā ſuis ſacerdotib⁹ commiſit, appellat, preterita[r]

¶ Eccleſie. ¶ Caſus. Hec eſt epiſtola pape Bonifacij: in qua ſupplicat Honorio imperatori: que tres habet partes. In prima parte oſtendit Bonifacius ꝙ ipe eſt ſolicitus de eccleſiaſtico ſtatu, ne ſi negligens inueniatur, ſit redarguendus. In ſecunda rogat Honorium de pace et quiete eccleſie cōſeruanda, ei multipliciter applaudendo. In tertia rogat euz vt ſuos legatos honorifice recipiat. Secunda ibi: Ipſa enim eccleſia. Tertia incipit ibi: Habet refugium.

g ¶ Eccleſie. j. c. proxi. victor. contra. Sed vt ibi dicitur: iam erat in conualeſcētia: adhuc tamen erat de ſi ↄ̄ ius bilis: vt hic.
h ¶ Conuentus. Id eſt conuenticulas. C. de epiſco. et cle. cōuenticulam.

† Cōc. text. i. l. ij. et ibi Bal. C. vel vti. pu. ⁊ in l. oiz. C. ꝺ teſta.

i ¶ Agitantur. q̄ſi dicat, licet adhuc ſimus inualidi: tamen cura eccl'ie nos compellit vt inuigilemus eccleſiaſticis negocijs, ⁊ pro eis intercedamus apud vos: quia multi clerici turbāt eccleſiam dei. Archidiaconus.
k ¶ Facere. ſcilz videmini.
l ¶ Tacentem. extra ꝺ teſta. quia ingredientibus. et lxiij. diſt. ca. j.
m ¶ Sub illis. vt xj. qōne. j. ſacerdotibus.
n ¶ Formident. a chriſtianis.
o ¶ Uirginem. vt xxvij. qō. j. nuptiarum. in fi.
p ¶ Procellarū. Id eſt hereticoꝝ.
q ¶ Faciem. eccleſie.
r ¶ Preterita. ſcz beneficia. Sic in